

## Liber III

### Prologus

Dum vicinis valde patribus intendo, maiorum facta reliqueram, ita ut Paulini miraculum Nolanae urbis episcopi, qui multos quorum memini virtute et tempore praecessit, memoriae defuisse videatur. Sed ad priora nunc redeo, eaque quanta valeo brevitate perstringo. Sicut enim bonorum facta innotescere citius similibus solent, senioribus nostris per iustorum exempla gradientibus praedicti venerabilis viri celebre nomen innotuit, eiusque opus admirabile ad eorum se instruenda studia tetendit. Quorum me necesse fuit grandaevitati tam certo credere, ac si ea, quae dicerent, meis oculis vidissem.

I. 1. Dum saevientium Wandalorum tempore fuisset Italia in Campaniae partibus depopulata, multique essent de hac terra in Africanam regionem transducti, vir Domini Paulinus cuncta quae ad episcopii usum habere potuit captivis indigentibusque largitus est. Cumque iam nihil omnimodo superesset, quod petentibus dare potuisset, quodam die quaedam vidua advenit, quae a regis Wandalorum genero suum filium in captivitatem fuisse ductum perhibuit, atque a viro Dei eius pretium postulavit, si forte illius dominus hoc dignaretur accipere, et hunc concederet ad propria remeare.

2. Sed vir Dei, magnopere petenti feminae quid dare potuisset inquirens, nihil apud se aliud nisi se invenit, petentique feminae

## Cartea a III-a

### Prolog

Cât timp mă ocup de părinții foarte apropiați, aș lăsa la o parte faptele acelor mai vechi, astfel încât s-ar părea că minunea lui Paulinus<sup>152</sup>, episcop al orașului Nola, care i-a întrecut prin putere și timp pe mulți dintre cei pe care i-am amintit, ne-a ieșit din minte. Dar acum mă întorc la cele de dinainte și le rezum cât pot mai pe scurt. Căci, după cum faptele celor buni devin de obicei mai repede cunoscute semenilor, numele vestit al venerabilului bărbat de care am pomenit s-a făcut cunoscut bătrânilor noștri care au înaintat urmând modelele dreptilor, iar lucrarea lui admirabilă a tins să devină obiectul lor de studii pentru a se instrui; astfel că a fost necesar să mă încred în vârsta lor înaintată, ca și cum aș fi văzut cu ochii mei ceea ce spuneau ei.

I. 1. Pe când Italia fusese pustiită, prin părțile Campaniei, pe timpul ferocilor vandali<sup>153</sup>, și mulți au fost duși din această țară în ținutul Africii, omul Domnului, Paulinus, a cheltuit toate <resursele> pe care le putea avea la dispoziție pentru episcopie ca <să răscumpere> prizonieri, precum și pentru săraci. Și pe când deja nu mai rămăsese absolut nimic ce ar fi putut da celor care îi cereau, într-o zi veni la el o văduvă, care îi povesti că fiul ei a fost dus în captivitate de ginerele regelui vandalilor și ceru de la omul lui Dumnezeu bani de răscumpărare, dacă s-ar milostivi cumva stăpânul aceleuia să îi primească și să permită ca acesta să se întoarcă la ale sale.

2. Dar omul lui Dumnezeu, întrebându-se ce i-ar fi putut da femeii care cerea insistent, nu a găsit altceva decât să se dea

respondit, dicens: „Mulier, quid possim dare non habeo, sed memetipsum tolle, servum me iuris tui esse profiteri, atque ut filium tuum recipias, me vice illius in servitium trade. Quod illa ex ore tanti viri audiens, irrisorem potius credidit quam compassionem. At ille, ut erat vir eloquentissimus, atque adprime exterioribus quoque studiis eruditus, dubitanti feminae citius persuasit ut audita crederet, et pro receptione filii sui in servitium episcopum tradere non dubitaret.

3. Perrexere igitur utrique ad Africam. Procedenti autem regis genero, qui eius filium habebat, vidua rogatura se obtulit, ac prius petiit ut ei donari debuisset. Quod cum vir barbarus typo superbiae turgidus, gaudio transitoriae prosperitatis inflatus, non solum facere, sed etiam audire despiceret, vidua subiunxit, dicens: „Ecce hunc hominem pro eo vicarium praebeo, et solummodo pietatem in me exhibe mihiq̃ue unicum filium redde”. Cumque ille venusti vultus hominem conspexisset, quam artem nosset inquisivit. Cui vir Domini Paulinus respondit, dicens: Artem quidem aliquam nescio, sed hortum bene excolere scio. Quod vir gentilis valde libenter accepit, cum in nutriendis oleribus quia peritus esset audivit. Suscepit itaque servum, et roganti viduae reddidit filium. Quo accepto, vidua ab Africana regione discessit.

4. Paulinus vero excolendi horti suscepit curam. Cumque isdem regis gener crebro ingrederetur hortum suumque hortolanum quaedam requireret, et sapientem valde esse hominem videret, amicos coepit et familiares deserere et saepius cum suo hortolano conloqui, atque eius sermonibus delectari. Cui Paulinus cotidie ad mensam odoriferas virentesque herbas deferre consueverat, et accepto pane ad curam horti remeare.

5. Cumque hoc diutius ageretur, quadam die suo domino secum secretius loquenti ait: Vide quid agas, et Wandalorum regnum qualiter disponi debeat provide, quia rex citius et sub omni celeritate est moriturus. Quod ille audiens, qui ab eodem rege prae ceteris diligebatur, ei minime tacuit, sed quid a suo hortolano, sapienti scilicet viro, agnovisset indicavit. Quod

pe sine, și îi răspunse celei care îi cerea, zicând: „Femeie, nu am ce să îți ofer, dar ia-mă pe mine însumi, declară că sunt sclavul tău de drept și, ca să îți recapeti fiul, du-mă pe mine în locul aceluia în sclavie”. Lucru pe care auzindu-l ea din gura unui bărbat atât de important, crezu mai degrabă că își bate joc, decât că o compătimește. Dar acela, cum era un om foarte elocvent și cu deosebire instruit și în studii lumești, a convins-o repede pe femeia care ezita să creadă cele auzite și să nu se îndoiască să îl trimită în sclavie pe episcop, ca să își recapete fiul.

3. Porniră, așadar, amândoi către Africa; dar, pe când gine-rele regelui, care îl deținea pe fiul ei, ieșea, văduva care urma să îl roage îi aținu calea și îi ceru mai întâi să i-l dăruiască. Cum barbarul, îngâmfat de firea lui trufașă, fiindcă se încredea în bucuria dată de o bunăstare trecătoare, nu se sinchisea măcar să asculte lucrul acesta, darămite să îl și facă, văduva adăugă, zicând: „Iată, îl ofer pe omul acesta drept locțiitor<sup>154</sup> pentru el și fie-ți numai milă de mine, și dă-mi înapoi pe singurul meu fiu”. După ce îl privi acela pe omul cu fața frumoasă, îl întrebă ce meserie cunoaște. Omul Domnului, Paulinus, îi răspunse zicând: „Nu știu o meserie anume, dar știu să cultiv o grădină”. Ceea ce omul de neam străin primi cu mare plăcere, când a auzit că este priceput la cultivarea legumelor bune de mâncat. Îl luă astfel ca sclav și îi dădu fiul înapoi văduvei care îl ruga; pe care primindu-l, văduva plecă din ținutul Africii.

4. Iar Paulinus luă în grijă cultivarea grădinii. Pe când acel ginere al regelui intra frecvent în grădină și îl mai întreba pe grădinarul său câte ceva, vedea că omul este foarte înțelept și începu să își părăsească prietenii și apropiații și să converseze mai des cu grădinarul său, ba chiar să se delecteze cu vorbele lui. Paulinus obișnuia să îi aducă la masă zilnic ierburi aromate și proaspete și, după ce primea pâine, să se întoarcă la grija grădinii.

5. Pe când asta se întâmpla de mai mult timp, într-o zi îi spuse stăpânului său, care vorbea cu el mai în taină: „Vezi ce faci și fii atent în ce fel trebuie obținută domnia vandalilor, pentru că regele va muri în curând și încă foarte repede”. Lucru pe care auzindu-l acela, care era iubit de rege mai mult decât ceilalți, nu a tăcut deloc înaintea lui, ci l-a informat de ce aflase de la

Responde dum rex audisset, ilico respondit: „Ego vellem hunc de quo loqueris hominem videre”. Cui gener eius, venerabilis Paulini temporalis dominus, respondit dicens: „Virentes herbas mihi ad prandium deferre consuevit. Has itaque huc ad mensam eum deportare facio, ut qui sit, qui mihi haec est locutus agnoscas”.

6. Factumque est. Et dum rex ad prandendum discubuit, Paulinus ex suo opere odora quaeque et virentia delaturus advenit. Cumque hunc rex subito conspexisset, intremuit, atque, accito eius domino, sibi per filiam propinquo, ei secretum quod prius absconderat indicavit, dicens: Verum est quod audisti. Nam nocte hac in somnio sedentes in tribunalibus contra me iudices vidi, inter quos iste etiam simul sedebat, et flagellum, quod aliquando acceperam, eorum mihi iudicio tollebat. Sed percunctare quisnam sit. Nam ego hunc tanti meriti virum popularem, ut conspicitur, esse non suspicor.

7. Tunc regis gener secreto Paulinum tulit, quidnam esset inquisivit. Cui vir Domini respondit: „Servus tuus sum, quem pro filio viduae vicarium suscepisti”. Cumque instanter ille requireret ut non quid esset, sed quid in terra sua fuisset indicaret, atque hoc ab eo iteratione frequentis inquisitionis exigeret, vir Domini, constrictus magnis coniurationibus, iam non valens negare quid esset, episcopum se fuisse testatus est. Quod possessor eius audiens, valde pertimuit, atque humiliter obtulit, dicens: „Pete quod vis, quatenus ad terram tuam a me cum magno munere revertaris”. Cui vir Domini Paulinus ait: „Unum est quod mihi impendere beneficium potes, ut omnes civitatis meae captivos relaxes”.

8. Qui cuncti protinus in Africana regione requisiti, cum onustis frumento navibus pro venerandi viri Paulini satisfactione, in eius comitatu laxati sunt. Post non multos vero dies Wandalorum rex occubuit, et flagellum, quod ad suam perniciem dispensante Deo pro fidelium disciplina acceperat amisit. Sicque factum est ut omnipotentis Dei famulus Paulinus vera praediceret, et qui se in servitium solum tradiderat, cum multis a servitio ad libertatem rediret, illum videlicet imitatus, qui

Respectiv, grădinarul său, un om de bună seamă înțelept. După ce auzi regele asta, răspunse pe dată: „Eu aş vrea să îl văd pe omul acesta despre care vorbeşti”. Ginerile lui, stăpânul vremelnice al venerabilului Paulinus, îi răspunse zicând: „Îmi aduce de obicei ierburi proaspete la prânz; așa că voi porunci să le aducă aici la masă, ca să afli cine este cel care mi-a vorbit astfel”.

6. <Și așa> s-a și întâmplat, iar când regele s-a așezat să prânzească, Paulinus veni să îi aducă din munca lui niște ierburi parfumate și verzi. Și după ce regelui îi căzură ochii pe el, se cutremură, și chemându-l pe stăpânul acestuia, ca pe o rudă apropiată prin fiica sa, îi destăinuie un secret, pe care îl ascunsese înainte, zicând: „Este adevărat ce ai auzit. Căci noaptea aceasta am văzut în vis judecători așezați în tribunale împotriva mea, între care ședea totodată și acesta, și biciul, pe care-l promisem cândva, mi se lua prin judecata lor<sup>155</sup>. Dar iscodește cine o fi. Căci eu bănuiesc că acest bărbat atât de vrednic nu este, așa cum se arată, om de rând”.

7. Atunci ginerile regelui îl luă deoparte pe Paulinus și îl întreabă ce este el. Omul Domnului îi răspunse: „Sunt sclavul tău, pe care l-ai primit drept loțiitor în locul fiului văduvei”. Și pe când acela îl întreba insistent, ca să-i spună nu ce este, ci ce a fost în țara lui, și cerea aceasta de la el, întrebând iar și iar, omul lui Dumnezeu, constrâns cu rugăminți stăruitoare, nemaivând putere să nege cine este, mărturisi că a fost episcop. Auzind aceasta, posesorul lui se temu<sup>156</sup> foarte tare și îi oferi cu umilință, zicând: „Cere ce vrei, ca să te întorci cu o mare recompensă de la mine în țara ta”. Acestuia omul Domnului îi zise: „Una singură este binefacerea pe care mi-o poți oferi: să le dai drumul tuturor prizonierilor din orașul meu”.

8. Toți aceștia, după ce au fost căutați pe dată pe întregul ținut al Africii, pentru a-l mulțumi pe venerabilul Paulinus, fură eliberați ca să îl însoțească, cu nave încărcate de grâu. Și nu după multe zile regele vandalilor muri și își pierdu biciul pe care îl promisese din voia lui Dumnezeu spre nenorocirea sa, ca să le fie învățătură credincioșilor<sup>157</sup>. Și astfel s-a făcut că slujitorul lui Dumnezeu atotputernicul a prezis adevărul, și cel care se predase ca sclav de unul singur s-a întors din sclavie la libertate împreună